Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 221

, 44.

Cod. CCXXI.

Chartac. 4. Foco. 15.

2

6.4.

1.

f3v - 7v

Collationes duae pro Licentiandis. Prima notatur sequenti rubrica: "Collacio insignium doctoralium venerabilium virorum ac dominorum domini Johannis Aichelberger officialis tunc curie patavien[sis] ac Magistri Jodoci hawsner vicarii in spiritualibus Ecclesie S. Stephani wienne licentiatorum juris ipsa die Sancte agathe vige anno 2c 53. /1453/ incipit ad laudem dei omnipotentis in quem cuncta bona opera tanquam in finem ultimum et saluberrimum ordinantur."

Collationes duae pro Licentiandis.

Joann: Aichelberger.

Jodoc: Stawner

Hos Neo-doctores ad annos 1453. et 54 Decanos exhibet Jo: Bert: Mayer in Catal: Decanorum facult. juridi: p: 11. Jodocum Stausner tribus vicibus inter vices munus Rectoris obisse refert Zeibait in Catal: Rect. Univers. Vienn: pagg: 29. 32. & 34.

8r - 10v

Altera collatio hanc praefert inscriptionem: "Collatio per egregium Sacre scripture professorem Magistrum Cristianum de hurbn at decanum ecclesie S. Stephanian[o] no 1454 in kathedra S. Petri facta". Illius initium est: "In presenti actu tria incumbunt pensagenda." Circa finem nominantur candidati, quibus collata est facultas theologica docendi; ait enim: "ita secundam partem descendendo ad conferendum videlicet dominis licenciandis gradum licencie in theologica facultate Ego auctoritate omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolo,

Christianus de Hurbn

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 221

, 45.

" rum et apostolica auctoritate quoque Re^di in
Albertus Comes de Schaunburg. " Xto patris et domini domini alberti generosi
" comitis de Schaunburg huius ecclesie prepositi,
" ti nostre universitatis cancelarij dignissimi
" domini mei generosi. Confero vobis viris preclaris
Michael de S. Nicolao. Math: de Weinspeg " et dominis Magistro michaeli de S. nicolao. Magistro Mathie de Weinspeg. Vobisque
" Magistro jacobo de Leubach professo ordinis me-
" dicatorum. et cuilibet vestrum licenciam in
" theologica facultate legendi, regendi disputan-
" di et predicandi. atque alios omnes actus
" magistrales in eadem facultate exercendi
" hic et ubique terrarum."

Christianum de Hurbn Rectoribus ac-
" censet ao 1443. Forbait in Catal: Rect: Univ:
Vienn: p: 28.

2. Fol: 1^a – 96^a (alte Fol.!)

Joann: Gews Tractat: de pec-
" catis lingue. Joannis Gews Tractatus de peccatis linguae.
Rubro prenotatur: "Tractatus Magistri Johan-
" nis Gews de peccatis lingue." Incipit: "Qui
" in verbo non offendit hic perfectus est vir.
" Jac: 3° cap. In quibus verbis beatus jacobus
" tangit". Tractatus iste censores librorum
adhucdum fugisse videtur: extat etiam in
Cod: CXCV. n: 4 anonymus. sed longe imper-
" fectior, quam in presenti.

3. Fol: 97^a – 132^b.

Ejusdem Sermon: de chorea, jo-
" cis, et ludis: " Ejusdem Sermones tres de chorea, jocis, et lu-
dis. Primus Rubrica notatur: "Sermo Magistri
Jo. Gews de corea", et incipit: "Assumpsit et
" go maria prophetissa tympanum in manu sua &c.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 221

, 46.

„Ex istis verbis accipi potest et intelligi." Alter qui rubricam habet: „Sermo in septuage„sima in quo habetur de nuptiis et jocis et „ludis fieri solitis tempore carnisprivialis", inchoatur: „Tempus nunc instans comuni „nomine appellatur." Tertius inscribitur: „De „ludo alee et taxillorum", incipitque: „Con„fundatur sorcium distributio &c. Hec ver„ba possunt intelligi de sortilegio lusorum." Hos Sermones unius esse auctoris palamest, inter se namque cohaerent, et a librariono, „ro in indice, folio omnium primo, Joanni Gews adscribuntur. Sed Hieronymus Le„vius", ut videre est in Bibl: I Univ: Vienn: p: 1ª 1ª eosdem tribuit Thomæ de Haselbach; num ad fidem codicis ms?.. negotium, illud ex codicum auctoritate ere„ndi, alius relinquere cogor.

4. Fol: 133–155.

Sermones de corpore xti &c.

Sermones duo de corpore xti, et unus de oratione in festo dedicationis ecclesiæ habitus, quem antecedunt quæstiones de Annuntiatione B: V: Mariæ. Primus in„cipit: „In illo tempore abiit Jesus &c: & quo presens evangelium"; alter: „Caro „mea vere est cibus &c In textu hujusevan„gelii; Tertius: „Karissimi licet hesterna „die presentis festi beatissimi sit." Secundus horum Sermonum est Nicol: Dinkelspühel; Vide Kropff: Bibl: Relic: p: 177. Reliqui, si non sunt Joannis Gews, certe doctorem Viennensem habent auctorem.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 221

, 47.

5. f. 153a–157b.

Nicol. Dinckelspühel sermo de omnibus Sanctis

Nicolai Dinckelspühel sermo de omnibus sanctis cum inscriptione: "De omnibus Sanctis M. N. Dinkl". Incipit: "Gaudete et exultate omnes Sancti &c: Electi in Christo. hodie ut nostis". Hic Kropffium latuisse videtur.

6. Fol. 158a–162b.

Christiani, vel Joann: vel Nicol. Grätz sermo de voto.

Christiani, vel Joannis, vel Nicolai Grätz sermo de voto. Rubrica est: "Sermo de voto Gretz", initium: "Beata virgo ut dicit S. Thomas 4to Sententiarum vovit virginitatem tanquam optimam et acceptissimam". Plures fuisse nomine Grätz, et quidem Lyncheos, qui seculo 15. floruere in Academia Viennensi dicit Jocher. I. Script. Univ. Viennensis pag: 111. & 128. Quis eorum auctor sermonis nostri sit, ignoro.

7. Fol. 163a–204b.

Joannis Geyss sermones de Corpore Xti

Joannis Geyss sermones; primus sert rubricam: "Sermones de corpore Xti doctoris M. Joh. Geyss". Agit de communione sub utraque specie, et incipit: "Nisi manducaveritis &c: Scribitur Joh. 6to capitulo et est sensus". Secundus rubricatur: "Alius sermo magistri Johis Geys", enumerat fructus frequentioris communionis, et incipit: "Qui manducat hunc panem &c. In his verbis Johannes evangelista". Tertius Epigraphen habet: "Sermo de potatione vini cui intingitur aut immergitur lignum Sanctecrucis factus Wienn ad S. Stephanum in cimiterio". Ad illustrandam rei gestæ historiam, quæ huic sermoni occasionem præbuit, necesse est, ut ipsum audiamus oratorem, qui in hunc

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 221

, 48.

modum /: fol. 193 :/ exorditur: "Ex quo in populo hujus civitatis Wiennensis est predicationibus contrariis cujusdam octernani et cujusdam fratris b. ordē (a) de potacione vini, cui intingitur vel imergitur lignum sancte crucis, magnum murmur surrexit et quam plurima sint orta scandala, ideo advertendum id murmur et ad tollerandum hec scandala, et precipue ad cavendum ne pro futuro sequantur majora. Reverendus in xto pater et dominus. Dominus Wilhelmus ecclesie S. Stephani prepositus, ac in hac civitate pastor atque plebanus mihi diligenter supplicavit, ut de hac materia predicarem et populum informarem, quid tenere debeat de sancta cruce, et de potacione vini cui intingitur aut imergitur lignum sancte crucis, an talis potacio valeat ad sanandum a fe, bribus febricitantes, vel non, et an peccent ac superstitiose agant, qui bibunt tale vinum. Cum autem hec supplicacio fuerit sancta ac rationabilis et pro bono comuni ac defensione fidei, Ego onus predicandi de hac materia quamvis mihi multum difficili subii, Et de tribus divino mihi assistente auxilio dicere proposui. Et primo de hoc quomodo simplices laici et comunis populus debeant se habere, si quod absit contigeret pro futuro contraria predicantes contra se insurgere, et precipue in his que tangant fidem xtianam, videlicet an debeant uni ipsorum adherere et credere esse vera ea, que predicat, vel an nulli ipsorum debeant adherere, nec credere esse vera ea, que ipsi predicant, vel qualiter se debeant habere. 2do proposui dicere quomodo lignum sancte crucis sit venerandum et adorandum, et an potacio sive bibicio vini cui intingitur aut imergitur lignum sancte crucis habeat talem virtutem, quod sanet a febribus febricitantes qui bibunt tale vinum vel an non habeat talem virtutem. 3tio proposui dicere, an quilibet homo febricitans sen-

(a) Nescio quid istud sibi velit vocabulum; certum de hoc fratre nos tempore ipso.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 221

, 49.

„per peccet, quando propter hoc ut sanetur
„a febribus, bibit vinum, cui intincta autem,
„mersa est sancta crux!" Vide Hraus'Im,
„ständliche Erklärung. p: 181.

Hoc sermone litem composuisse videtur
Gewirius; eoque facilius, cum publica jam ante,
„cerserit frater illius, Wolfhart nomine, qui octur,
„nario in sacrem restitit; revocatio, quam, sic,
„ut in Codice Fol: 204. averso in lingua verna,
„cula exstat curiosis Legentium oculis non in,
„gratam fore existimo. Est autem haec:

Fr: Wolfharti publica revo, „ catio.
(a) Oetumanius

„Lieben chinder, als ich pneder Wolfhart
„an den nachsten heijligen ostertag hab ge,
„predigt, wie ein ächter(a) zu Sand Stephan
„hiet gepredigt, dak trincxchen wein, abdem
„heijligen Kreutz, darumb dak der menschende,
„digtt werd von dem fieber, reij ein geistlei,
„che gleichsnereij, oder ain ober gelauben
„und dak der mensch der also getrunchen
„hiet von dem heiligen Kreutz, nicht schull
„zu gotzs tisch gen, er hab dan sein peicht,
„vaters rat daruber, da bider ich gepredigtt
„hab, das, dak nicht war sey, und hab gespro,
„chen wider in, Jm namen des vaters und des
„Suns und des heijligen geists, er leugt und ist
„nicht war, wo hat der er es gelesen, nicht in dem
„decret noch in dem decretal, Noch in dem
„evangeli; villeich hat er es gelesen in ainer
„alten hüsen goppen, es ist nicht also.

„Jn dem, Zu dem ersten, nach underbei,
„rung der maister der schuell hije, so hab
„ich unweyslich und freveleich gepredigt,
„dak ich in liegen hab haijsen, und im dij
„lug zugesetzt hab gor euch allen, da doch
„wol mocht chain lug sein, als euch aus den
„nachsten Suntag nach unsrer frawn amot
„zu Sand Stephan wiert underweijsen ain
„maister in der heijligen geschrift, wander wirt
„preding. wie ir euch schullt halten zu den

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 221

, 50.

" chreutz, und ob trinkchen ab den heyligen chreutz
" darumb daz der mensch gesunt wert Von dem
" fieber, Sund / Sünde / sey oder nicht.

" Zu dem andern lieben chinder, so
" furcht ich fast, daz ich euch hab geben
" ein pozs ebenpild / böses Beyspiel / und auch
" vil ergennus, indem daz ich der vor beran,
" ten ächter, an genuegsam sach hab offen,
" leich ungelewnt und berunder in dem,
" daz ich gesprochen hab, Er hab ein chesser
" gesliecht, oder er ist nicht verr da ran,
" Indem ich in inbendig geschuldigt hab der
" ketzerein, wie bold ich in des offenleich
" nicht gezeigen hab, und hab doch chain
" pozz ding von im nicht gehört, darum so
" pitt ich euch, ir bellet in pitten, dar zu
" er mir daz verges durich goczs willen, daz
" wil uns in und euch hincz got verdienen
" mitt meinen fleisigen gepet ꝛc:"

De venditione imaginis, scilicet. Quartus demum sermo Joannis Gerss rubrica notatur ista: "De vendicione turpi, um in dedicacione ecclesiarum", et incipit: " Secuntur ea que predicavi contra factionem et publican in locis sacris et tempore dedicacionum vendicionem edemp, cionem cujusdam rei turpis videlicet ymaginis." Hic non habetur ipse sermo, sed tantum epitome summam sermonis com, plectens, a Gerssio fors memorie juvan, da causa in codicem relata.

2046

8. Fol: 205–345.

Sermones Nicolai Grätz. And: Weytza. Steph: de Gen, burga. A Folio 205. usque ad finem codicis va, rii rationum extant sermones absq; ordi, ne congesti, quorum texere catalogum et nimis longum foret et exigua utilitatis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 221

, 51.

Nomina vero authorum sunt Nicolaus Gaz de quo supra № 6. Andreas de Veytra, cujus inter Rectores Univers: Vienn: ad annos 1432. et 39 meminit Sorbait pagg: 24 & 26; et Stephanus de Cenburga, cui maxima pars istorum sermonum adscribitur. Ejusdem quoque sunt duæ postremæ collationes, ante, et post solemnes disputationes 1460. habitæ.

Cod: CCXXII.

Chartac: A: Sæcul: 15. 2 6.5.

1. Fol: 1 – 142.

Vorsatz fehlt

Joañis Gersonii de vita spiritali animæ liber.

Joannis Gersonii Liber de vita spirituali animæ. Rubro præmittitur: "Incipiunt dicta Joannis Gersonis Cancellarij parisiensis et sequitur prologus in quo distinguitur materie." Prologus iste est epistola dedicatoria ad Petrum de Alliaco Cardinalem Cameracens. Gersonii olim præceptorem, et incipit: "Reverendo in Xto patri et sacre theologie professori &c". Opus ipsum incohatur: "Ego vos baptizavi aqua!" Idem habetur etiam in Cod: XLIX. n: 1. inter opp: autem Gersonii edit: Antwerp: 1706 curante Ludov: du Pin extat Tom: III. col 1. legg.

2. Fol: 143 – 183.

Ejusdem pars 2. in Theolog mystic. am practicæ

Ejusdem pars Secunda in Theologiam mysticam practice consideratam; vita inscribitur præsens opusculum in edit: T. III. col: 899. In codice autem rubrica sonat: "Incipit tractatus de vita contemplativa Magistri Johis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 221

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27557

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)